increpare, increpuisse, increpitum. *uerb. intr., tr.* **FORMA** *perf., supin.* increpau-[TLL]. **ETYM** in, crepare. **DLAT** increpatio, increpatiuus, increpator, increpitare. **DROM** *cast.* increpar. [**FREQ** media **497** indicia **36** /d.c.m. 239-169 ENN] *uocabulum scriptis litterariis praesertim narrando argumentando aptum, item lyricis, prosa magis quam uersu, usibus mediis doctisque; neque textis expositiuis dramaticisque abest neque usibus quotidianis.*

VARIATIO		indicia	p/d.c.m. subc.
OPERUM	argumentalis	124	25
	dramatica	7	16
	lyrica	18	78
	narratiua	325	64
	satirica	2	10
	exponens	21	7,7
DIACHRONICA	III-II aec.	6	15
	I aec.	114	41
	I-II ec.	137	36
	III-V ec.	240	36
DIAPHASICA	docta	134	64
	media	357	32
	quotidiana	6	14
DIASTRATICA	litteraria	490	44
	technica	7	2,7
MODUS	prosa	413	35
	uersu	84	46

¶ **a** (*a* crepare[a1] *in maius prolatum*) *dicta emittere in humanum intellectum penetrantia, siue molesta sint siue acrimonioso modo emissa, quo maius lacerent • emitir sonidos que penetran en el entendimiento humano, bien por el aspecto meramente físico de un ruido desagradable, bien por la intención punzante y agresiva de quien pronuncia palabras cargadas de intención* 🕮 DIOM 411. in praepositio significat modo id quod est ualde et uim uerbi cui praeponitur, ut superius diximus, auget, ut increpuit insonuit.

GRAM *tr. siue intr., acc. interno saepe adiuncto; et mirabile est quantis structuris appareat*

a1 *primum ab etymologia procedens, in maius tamen tendens, aures strepare sonus • en un principio, respetando su sentido etimológico, pero de manera un tanto forzada, atronar o golpear un sonido los oídos* [**TROP** strepare] 239-169 ENN Trag 305. Sed sonitus auris meas pedum pulsu increpat. 62-65 LUCAN 9.288. Phrygii sonus increpat aeris. 330-430 PS HEGES 5.26.2. fragor labentis aedificii et exercitus Romani clamor simul increpuit. 🕮 NON i. Increpare, sonare. DNOT Lucan 9.288. increpat insonat. GLOSS 2.299.5. ἐνηχῶ. 5.313.13. ἐπιψοφῶ.

sonare aliquid ab ictu quodam emisso huc transiit, ut aliquid cum strepitu concutere significaret • de sonar algo por un golpe pasó a golpear ruidosamente algo 8-12 OV Trist 1.4.24. increpuit quantis uiribus unda latus! 🕮 **GLOSS** 2.309.10. ἐπικτυπῶ increpo increpito.

inde, siue attonare aliquem Iuppiter • y por ello, o bien atronar, o mejor fulminar, Júpiter a alguien [**DOM** Iuppiter] 254-184 PLAUT Amph 1077. Totus timeo, ita me increpuit Iuppiter. 2-8 OV Met 12.51. qualemue sonum, cum Iuppiter atras increpuit nubes, extrema tonitrua reddunt. 350 PS VERG Aetna 64. ualidos tum Iuppiter ignis increpat et uicto proturbat fulmine montes.

siue tempestatem mouere • o desencadenar la tempestad 191 PLAUT Rud 70. increpui hibernum et fluctus moui maritimos. nam Arcturus signum sum omnium acerrimum.

a2 *sonum notandum mouere • resonar, producir un sonido que llama la atención* [**TROP** personare] 29-19 VERG Aen 9.503. At tuba terribilem sonitum procul aere canoro increpuit. 🕮 **GLOSS** 2.307.3. ἐπηχῶ insono increpo.

a3 *specialiter sonum improuisum et molestum • en concreto, producir un sonido repentino, restallar, recrujir o chirriar* [**TROP** crepare[a]] 29-19 VERG Aen 12.755. uiuidus umber haeret hians, iam iamque tenet similisque tenenti increpuit malis morsuque elusus inani est. 30-15 PROP 3.14.6. increpat et uersi clauis adunca trochi.

a4 *siue digitis concrepare • o chasquear los dedos* [**TROP** sonare **SIM** →concrepare[a4]] 30-15 PROP 4.7.12. at illi pollicibus fragiles increpuere manus. 🕮 **GLOSS** 2.309.6. ἐπικροτῶ increpo.

a5 *sonus seu crepitus fieri pauorem repente incutiens, immo incognitus, quod in peius it pronomine indefinito adiuncto • producirse un sonido, un ruido, un chasquido cualquiera que asusta por lo repentino y lo desconocido de su origen, situación desconcertante intensificada por el pronombre indefinido* [**DOM** tumultus] 55 CIC Pis 99. quicquid increpuisset pertimescentem, diffidentem tuis rebus ... uidere te uolui. 50 SEN Epist 90.43. At uos ad omnem tectorum pauetis sonum et inter picturas uestras, si quid increpuit, fugitis attoniti. 390 AMM 21.16.9. siquid tale increpuisset, in quaestiones acrius exurgens quam ciuiliter, spectatores adponebat his litibus truces.

a6 *in lucem promere et praesentem facere rem incorpoream quae, silentio et caligine orta, tandem erumpit • evidenciar y hacer presente una realidad inmaterial que, creciendo en el silencio o la oscuridad, acaba saliendo a la luz, reventar, salir a la luz, revelarse* [**TROP** patefacere] 63 CIC Mur 22. Simul atque increpuit suspicio tumultus, artes ilico nostrae conticiscunt. 102 TAC Dial 5.5. sin proprium periculum increpuit, non hercule lorica et gladius in acie firmius munimentum quam reo et periclitanti eloquentia. 412-427 AUG Ciu 19.23. per prophetas Hebraeos oracula increpuere diuina.

b1 *attamen, usus frequentissimus, ab initiis procedens, aliquem animaduertere fuit, acribus uerbis uulnerare uel petere • sin embargo, el uso más frecuente, también antiguo, fue más llamar la atención de alguien mediante palabras agresivas o hirientes, atacar a alguien a gritos o increpar* [**TROP** petere[c] **DOM** *habitualmente mediante la palabra* uerbum, uox; *se dirige por su nombre* nomen; *el dios cristiano a los hombres* Iesus, Deus, propheta; *expresa el contenido de su grito* dicens] 254-184 PLAUT Amph 213. superbe nimis ferociter legatos nostros increpant. 29-19 VERG Aen 6.387. sic prior adgreditur dictis atque increpat ultro. 80-90 STAT Theb 10.895. increpat Aonios audax Tritonia diuos, Iunonem tacitam furibunda silentia torquent. 390-406 VULG Nah 1.4. increpans mare et exsiccans illud. 🕮 CHAR 473. inquino. incuso. interpello. insto. increpo. NON i. Inuehi, adgredi, increpare. **GLOSS** 2.352.54. κομπῶ. 'hablar con énfasis' →crepitare[aP]

b2 *acriore sensu, fortiter admonere • con más agresividad, censurar, criticar, reñir, reprender, denostar, advertir o amonestar* [**TROP** admonere[c] **SIM** obstrepare[a] **DOM** *marca la intensidad* acerbe, grauiter, modice, uehementer, patientia, seuerus] 205 PLAUT Most 750. Numquid increpauit filium? 55 CIC De orat 2.199. omnem orationem traduxi et conuerti in increpandam Caepionis fugam. 58-59 SEN Vita beata 26.5. Haec dicet ille ... quem animus uitiorum immunis increpare alios ... in remedium iubet. 390-406 VULG Tob 2.17. Tobias uero increpabat eos dicens nolite ita loqui. 🕮 NON i.20. incilare est increpare uel inprobare. c. castigare est increpare uel reprehendere. f. Fatigare, excitare uel increpare uel hortari. SERV Aen 5.387. castigat, increpat, obiurgat. ADNOT Lucan 8.71. castigat increpat. **GLOSS** 2.310.22. ἐπιπλήττῶ increpo obstrepo.

GRAM *per completiuam orationem, quae id quod reprehenditur ostendit • en este caso el verbo aparece seguido frecuentemente de una completiva, con múltiples posibilidades sintácticas, cuyo contenido es el de aquello que se reprocha* 29-9 LIV 3.60.11. cum animos collegissent et undique duces uictisne cessuri essent increparent, restituitur pugna. 79 PLIN Nat 17.3. Domitius, ut erat uehemens natura, ... grauiter increpuit tanti censorem habitare. 404 SULP SEV Chron 2.1.6. Daniel, ... increpitis Iudaeis, cur innocenter morti dedissent.

ad animum moresque quoque pertinuit • también se aplicó a situaciones más morales, afear, reprochar o criticar [**SIM** castigare[b], delitigare, obiurgare[a] **DOM** *la huida* fuga] 29-9 LIV 2.29.1. Postulamus ut hi qui maxime ignauiam increpant adsint nobis habentibus dilectum. 105-110 TAC *Hist* 1.5. nec deerant sermones senium atque auaritiam Galbae increpantium. 390 AMM 18.5.6. quondam Maharbal lentitudinis increpans Hannibalem. 🕮 **GLOSS** 2.312.11. ἐπιτιμῶ castigo obiurgo ... increpo.

b3 *adeo ut quasi incusare significaret • lo cual llegó al extremo de utilizarse con un valor muy próximo a acusar* [**TROP** incusare] 116 TAC Ann 16.8. Silanum increpuit ... tamquam disponeret iam imperii curas. 314 LACT Mort pers 30.5. manifestarius homicida ... impietatis ac sceleris increpatur. 🕮 PS CHAR 428. increpat. incusat ... increpare... criminari. SERV Aen 12.758. increpat obiurgat, incusat.

c1 *quod argumentando a loquente interdum fit, quasi queri • a veces, los motivos de queja proceden de una actitud argumentativa del emisor, quejarse* de [**TROP** queri] 46-48 SALL Epist Caes 1.4.1. Pompeium uictoriamque Sullanam increpabantur. 116 TAC Ann 15.54. pugionem ... uetustate obtusum increpans, asperari saxo et in mucronem ardescere iussit. 404 SULP SEV Chron 1.16.4. populus famem conquerens Moysen increpabat. 🕮 PS CHAR 428. increpat. queritur.

c2 *insultare uel increpitare • burlarse o mofarse* de [**TROP** insultare[b] **SIM** increpitare[a2]] 117-180 FLOR Epit 1.1.8. *ualli* dum angustias Remus increpat saltu, dubium an iussu fratris, occisus est. 🕮 **GLOSS** 5.306.24. ἐπεγγελῶ increpito increpo. 2.312.63. ἐπιχλευάζω increpare increpitare.

c3 *uerba uerbis repellere • rebatir* [**TROP** repellere[a]] 120-160 FRONTO 1.3. Diogenes ne increparet, ne quid Pythagoras sanciret?

c4 *lacrimis et uerbis lugere • lamentar* [**ESC** →flere[b]] 30-15 PROP 4.11.59. ille sua nata dignam uixisse sororem increpat, et lacrimas uidimus ire deo.

c5 *immo uerbis insultare • y, finalmente, insultar* [**TROP** insultare[c]] 42-41 SALL Catil 21.4. Ad hoc maledictis increpabat omnis bonos, suorum unumquemque nominans laudare. 60 PERS 5.127. «i, puer, et strigiles Crispini ad balnea defer» si increpuit, «cessas nugator?» 🕮 PS CHAR 428. increpare. maledicere... conuiciari.

d1 *uerbis incantatis mala in aliquem ferre • intentar lograr un efecto dañino mediante palabras encantadas o sortilegios, punzar o atormentar* [**TROP** agere bellice **SIM** →lacessere] 30 HOR Epod 17.28. Sabella pectus increpare carmina caputque Marsa dissilire nenia. 🕮 PS CHAR 428. increpare. lacessere.

d2 *item ad iumenta, immo ad homines, pertinens quasi stimulo incitare • y, referido a los animales o incluso a las personas, aguijonear o pinchar* [**TROP** incitare **ANT** dissuadere] 50-19 TIB 1.1.30. Nec tamen interdum pudeat ... stimulo tardos increpuisse boues. 25 OV Am 3.15.17. corniger increpuit thyrso grauiore Lyaeus.

e1 CHRIS in fine Antiquitatis *daedomium e corpore credentis imperiosis uerbis extundere • expulsar al diablo del cuerpo de los endemoniados, haciendo gala del poder de una voz autorizada, exorcisar* [**TROP** incantare[d] **SIM** →exorcizare] 390-406 VULG Matth 17.18. Et increpauit eum Iesus, et exiit ab eo daemonium. 🕮 ISID Orig 6.19.56. Exorcismus Graece, Latine coniuratio, siue sermo increpationis est aduersus diabolum, ut discedat. ... Hoc est exorcismus increpare et coniurare aduersus diabolum.

subs. m. **e2** **increpans, ntis.** *is qui daemonium e corpore credentis imperiosis uerbis extundit • exorcista* [**SIM** →exorcista] 🕮 ISID Orig 7.12.31. Exorcistae ex Graeco in Latino adiurantes siue increpantes uocantur.

f1 *edere uocem coruus • graznar el cuervo* [**HYPER** edere uoces animalia] 37-29 VERG Georg 1.382. coruorum increpuit densis exercitus alis.

f2 *edere uocem ciconia • crotorar la cigüeña* [**HYPER** edere uoces animalia **SIM** →crotolare] 50-60 CALP 5.56. argutae nemus increpuere cicadae.

g1 *in artum sensum uergens, quasi musice canere • como una especialización de emitir sonidos articulados, cantar* [**TROP** canere[c]] 200-100 TURPIL 166. age tu hymenaeum increpa! 401 HIER Epist 96.5. Psalmista pariter increpante.

g2 *et, hoc sensum proferrens, sonus e musico instrumento trahere • y, como extensión de este uso, extraer sonidos armoniosos de un instrumento musical, tocar o tañer* [**TROP** canere[b] **DOM** clangor; *uaria musica instrumenta pulsando seu flando sonare* lituum, lyra, tuba] 23 OV Am 2.11.32. Tutius est ... Threiciam digitis increpuisse lyram. 5 OV Fast 6,812. adnuit Alcides increpuitque lyram. 390-406 VULG Num 10.3. Cumque increpueris tubis, congregabitur ad te omnis turba.

siue musicum instrumentum ipsum sonus emittit, specialiter tuba militaris • o bien, en un intercambio de actantes, es el mismo instrumento el que emite los sonidos que le son propios, especialmente sonar la marcial trompeta 92 SIL 16.94. raucus stridenti murmure clangor increpuit. 390-406 VULG Num 10.5. Si ... clangor increpuerit, mouebunt castra primi qui sunt ad orientalem plagam. 🕮 SERV Aen 12.332. increpat sonat, alibi arguit, ut «increpat ultro cunctantes socios».